



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1721. usque ad annum 1724

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1783**

**VD18 90119304**

§. 67. Articulus I. de discrimine Gratiæ in Statu innocentiae & naturae  
lapsæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67596](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-67596)

Sæc. XVIII. „eius hærefibus consentiat, vel aperte  
A C. 1722. „vel implicitè, & æquivalenter. Si  
„enim colligata sunt hujus auctoris  
„dogmata, ut unum assumi non possit,  
„quin & alia sequantur instar annullo-  
„rum ejusdem catenæ. Hinc proinde  
„lucebit, omnium Scholarum Catho-  
„licarum systemata de gratia, ac no-  
„minatim celeberrimæ Thomistarum  
„Scholæ a fermento Janseniano alienis-  
„ma esse, nec ullam eis cum prætemis  
„Augustini discipulis erroris societatem  
„intercedere. Tandem Sacra Facultas  
„invocato S. Spiritus lumine de doctrina  
„dictorum septem articulorum pronun-  
„tiandum censuit, ut sequitur, adiecit  
„etiam aliquot annotationibus, quibus  
„mens ejus plenius innotescet, vana  
„errantium subterfugia, & fraudes a-  
„perientur, & quidem eorum auctore  
„designabuntur.„

### §. LXVII.

#### ARTICULUS I.

*Spurium Gratiae utriusque Statu-  
discrimen ab hisce Professoribus  
æque ac a Jansenio  
offertum.*

*Argentre  
l. c. p. 484.*

**U**t Facultas utrumque hunc Docto-  
rem in afferendo discrimine gratia

cum Jansenio conspirare ostenderet, ex Sæc. XVIII.  
 Lengrandii disput. 4. de concursu cauſſæ A. C. 1722.  
 primæ cum ſecunda q. 2. §. 2. Prob. 1. 

---

 hanc excerptis propositionem: In ſtatu  
 „innocentie ſufficiebat præmotio Ge-  
 „neralis & gratia ſufficiens a voluntate  
 „determinabilis. - - Natura humana  
 „in illo ſtatu erat omnino fana & in-  
 „tegra, carebatque omni concupiſcen-  
 „tia & infirmitate, adeoque ſufficiebat  
 „motio determinabilis a voluntate,  
 non autem requirebatur motio fanans &  
 applicans voluntatem ad agendum.

Quod Jansenius idipſam doceat, o-  
 ſtendit Facultas ex ejus libro de gratia  
 primi hominis & Angelorum c. 14.  
 ubi ait: *Perspicue docet Augustinus adju-  
 torium Adami non fuiffe adjutorium quo;  
 sed adjutorium ſine quo non &c.*

Id ipsum Lengrandius Prob. VI. &  
 in ſuo Cursu Philosophico tradebat:  
 quod S. Augustinus c. 11. l. de Cor-  
 rept. & gratia ſic dixerit: tale erat adju-  
 torium quod defereret ſi vellet, non quo fie-  
 ret ut vellet, nempe Adamus ante pec-  
 catum, atqui tale adjutorium non  
 erat motio efficax, ut patet, quia  
 per illam fit ut creatura velit. Ergo  
 erat tantum gratia ſufficiens. Unde  
 Augustinus ibi per adjutorium quo  
 „in-

Sæc. XVIII., intelligit efficax, & per adjutorium  
A.C. 1722. „sine quo intelligit sufficiens.“

Huic doctrinæ consonant hæc Jansenii verba: *differentia sanæ & ægra voluntatis &c.* ex l. 2. de Gratia Sæc. cap. 3.

„Insuper Lengrandius ob. 4. docuit,  
„quod illud auxilium pro statu inno-  
„centiæ sit tantum Generale ac su-  
„ciens, nam auxilium hoc erat move-  
„in quantum inclinabat ad bonum uni-  
„versale, & aliunde gratia sufficiens  
„dabat possibilitatem: imo movebat  
„operantem ad sese & auxilium istud  
„secum determinandum ad opera-  
„tionem. „

„Et ibid. §. 1. Prob. 6. Potentia æ-  
„gra debilis & infirma indiget motione  
„sanante, elevante & ipsam efficaciter  
„ad actus supernaturales applicante,  
„atqui voluntas in hoc statu nature  
„corruptæ per peccatum originale est  
„potentia ægra debilis & infirma, non  
„potest ex sola virtute gratiæ sufficienter  
„sese applicare ad actus, qui naturæ ve-  
„res superant, si posset sese virtute  
„auxilii sufficientis ad alios actus ap-  
„plicare & determinare, homo lapsus  
„& corruptus non esset minoris virtu-  
„tis & conditionis, quam innocens.“

Primæ propositioni consonat doctrina  
Jansenii, ibid. c. 4. dicentis adjutorium  
ante

ante ruinam erat tale, ut influxus ad- Sæc.XVIII.  
 jutorii periude ac voluntatis in opus A.C. 1722,  
 ab ipso liberæ voluntatis actu penderet  
 &c. secunda propositio conformis est  
 ejusdem Jansenii doctrinæ, qua l. 8. de  
 grat. Salv. c. 2. ait: Præterminatio  
 Physica necessaria statuitur omnibus  
 agentibus &c.

Has Lengrandii propositiones Fa-  
 cultas sequenti perstrinxit ceniura:

*Doctrina hoc articulo expressa, quam  
 Professores Collegii Regii ex damnato Jan-  
 senii Augustino depromperunt, ac discipulis  
 suis tradiderunt: illa inquam, doctrina  
 quatenus statui Innocentiae non aliam ad-  
 scribit gratiam actualem, quam sufficientem,  
 alii vero arbitrio determinabilem, seu adju-  
 torium, sine quo non, nec aliam statui na-  
 turæ lapsæ assignat quam efficacem cum effectu  
 suo infallibiliter ac perpetuo conjunctam,  
 seu adjutorium quo, si complexe sumatur,  
 vel etiam speciatim, quoad gratiam Naturæ  
 Corruptæ, est falsa, nova, omnibus Scho-  
 lis Catholicis exosa, a paucis recentioribus  
 adoptata, ex qua seu fonte tutulento pro-  
 manant quinque hæreses Jansenianæ.*

### §. LXVIII.

*Duacensis Facultatis doctrina circa  
 discrimen Gratiaæ utriusque  
 Status.*

Ut